


6
29 L
67

ዝንቱ፡ መጽሐፈ፡ ትምህርት፡ ዘልሳነ፡ ግዕዝ፡ ዘይሰ-
መይ፡ ከለዳዊ፡ ሐዲስ፡ ሰርአት፡ ተገብረ፡ ከመ፡ ይት-
መሀሩ፡ እለ፡ ኢየአምሩ፡ ሠናይ፡ ውእቱ፡ ተገብረ፡ በእደ፡
ማሪአኖ፡ ዊቶሪዮ፡ ዘሪአቲ ፡፡


# CHALDEAE SEV AETHIOPICAE LINGVAE INSTITVTIONES:


Nunquam antea a Latinis visæ, opus
vtile, ac eruditum.

Item.

OMNIVM AETHIOPIAE REGVM
qui ab inundato terrarũ orbe vsq;
ad nostra tẽpora imperarunt
Libellus:

Hactenus tam Græcis, q̃ Latinis ignoratus,
nuper ex Aethiopica translatus lingua.









# MARCELLO CERVINO CARD. AMPLISSIMO.

Marianus Victorius Reatinus. S. P. D.



T si multa sint, quæ Christianam Remp. præ scelerum multitudine, atq; hereticorum numero quotidie pullulantium, propemodum iam fatiscentẽ, atq; labantem, tempestate nostra iuuare, ac dissidentes, palatosq; hominum animos in vnam sententiarum concordiam reuocare, et colligere valeant: haud tamen paruipendenda est hac in re etiam variarum linguarũ cognitio, quibus & corrupti interdũ codices emendantur, mutiliq; resarciuntur, & plurimarum rerum scientia, vt ea natio quæq; p singulas terrarum partes dispersa abundat, acquiritur, & comparatur: Laboratum est vt existimamus, hanc ob caussam, aliquot ab hinc annis, a multis egregii, præstantisq; ingenii viris, vt tam græca, q̃ hebrea lingua, quæ duæ cæteris externis, nobis vtiliores, magisq; necessariæ, omnino ferè apud Christianos per Europam intercidebant, pristino restituerentur nitori, eoq; discipulorum studio, ac frequentatione percolerentur, qua &

a maioribus nostris lectas, & celebratas illi perceperant: euenit tandem quod optabāt, idq; felicius, ac fortunatius multo, quàm hominum expectatio esset: si quidem adeo ætate nostra cum scientiarum omnia studia, tū etiam linguarum cognitio refloruerunt, vt maiorum nostrorum celeberrima illa tempora, non solum adæquasse, sed etiam superasse propemodū videamur: ex qua re quantum lucri, atq; emolumenti Christiana religio hactenus fecerit, narratu haud facile est: quando non minus obstinatorum Iudeorū perfidia, hebreis, q̄ nouorum hereticorum peruicax, insolensq; demētia, græcis libris, validius q̄ multo antea, retunditur, ac confutatur: Norunt omnes eruditi quid in hoc Iustinus, quid Clemens, & Irenæus præstiterint, quid & sexcenti alii Reip. nostræ proceres, qui partim exoriēte, partim efflorescente religione, pro Christiana veritate græce, eleganterq; scripserunt: ab iis enim oium temporū attestatione recepta, quātū miseri, insolentesq; lutheriani ab ipsa veritate aberrent, quantumue decipiantur, late, copioseq; probatur: constat enim per eos, vel ex vna tantum, quæ in hoc est, perpetua Christianæ societatis consensione conclu-






ſum, illud quod Romana, cæterarum pa-
rens, docet eccleſia, nequaq̃ eſſe nouũ, homi
numq́; ingeniis inuentum, atq; excogitatum
, vt ipſi criminando obiiciunt, ſed diuinitus
ab ipſo Chriſto acceptum, nobiſq́; per apo-
ſtolos; partim ſcripto enarratũ, partim vſu
atq; conſuetudine traditum: At quis eſt ille
q neſciat, ſcriptores hos, quibus veluti for-
tibus, validiſq́; columnis haud parũ hoc ec-
cleſiæ corpus innititur, atq; firmatur, ſolo
græcæ linguæ auxilio inuentos primum, de
inde diuulgatos fuiſſe, cum antea ob linguæ
ignorationem; ſitu, lituriſq́; obducti, veluti
res, quæ nihil ad nos pertineret, vt aurũ luto
ſepultum, inter tineas, teredineſq́; relicti, de
liteſcebant? Omittimus, idq́; conſulto, vtili
tates alias, quæ non ſolum ex græca, verum
etiã ex hebrea lingua nobis vſq; ad hãc diẽ
obuenere, & quotidie cumulatius, auſpica-
tiuſq́; obueniunt: perſpicua eſt .n. res ex ſe
ipſa, ita, vt demõſtratione aliqua nequaq̃ in-
digeat. At & ſi multa, præcipuaq́; cõmoda,
atq; emolumenta ſint, quæ harum duarũ ad
iumento linguarũ nobis obueniunt, haud ta
men ita fœcunda, ac redundãtia ſunt, vt alia
rum quoq; linguarum ope ſuppleri, augeriq́;
aliqua ex parte nõ poſſint, præſertim ſi chri

ſtianorũ linguæ ſint illæ, quadamuc inuicẽ
conuenientia, & cõſecutione, aut ab iis dua
bus pendere, aut contra hæ ab illis exoriri
videantur: Multæ ſunt quidem illæ, qui ne-
ſciat? verum poſt latinam, græcam, atq; he
bream, maioribus noſtris celebrior, præſtã
tiorq́; chaldæa, quæ & babilonica, ſemp ha
bita eſt: hoc aũt q̃ vere dicatur, vel vno D.
Hieronymi exemplo ſatis probatur: is .n.
ſe eam ingenti ſumptu, magnoq́; labore di-
diciſſe multis ſuorũ operum locis teſtatur:
factum eſt aũt hoc a ſãctiſſimo, atq; eruditiſ
ſimo viro ea ratione, quemadmodũ euentus
ipſe mõſtrauit, vt ea quæ in veteri teſtamẽ
to hac lingua conſcripta erant, nõ ſolum in
telligeret, verumẽt in latinam linguam fide
lius tranferret, ac interpretaretur. Pendet
Chaldæa ipſa, de qua modo loquimur, ab
hebrea, quemadmodũ a Chaldæa pendet Sy
riaca, Arabica, & Aethiopica, quamobrem
Chaldææ ipſæ quoq; ex eo ſunt appellatæ:
Quæ quinq; linguæ tanta inuicem conueni-
entia, atq; ſimilitudine cõiunctæ, copulatæq́;
ſunt, vt qui vnã optime calleat, aliam quoq;
haud parua ex parte intelligere poſſit: im-
pedimẽto eſt hac in re inprimis pronuncia-
tionis diuerſitas, ipſiusq́; grãmaticæ igno-

ratio quãdo & si multa nomina ex vno, eodemq́ principio prodeãt, abeunt tamen sæpesæpius in diuersa, ac veluti rami q se late p aera vagati profuderunt, inter se sparsa diuiduntur: nec satis est ꝙ interdum vna omnium sit radix, atq́ origo, nisi notitiã quandam habeas, qua a multiplicibus verborum ramis paulatim te extricãdo, ad vnum arboris truncum recolligas, indeq́ in altum suspiciens, ramorũ diuersitatem, ac etiam dissimilitudinem recognoscas: At si quod & in arboribus interdum cõtingit, plures verborum trunci, ex vna eademq́ radice prodeãt, quod euenit cũ idem verbum latius emergens, in plura capita, pluresq́ verius se partitur origenes, minime sufficit truncũ vnũ amplecti, sed opus est, vt in terrã descendẽs, suffossa humo, radicem ipsam diligenter inuenias, indeq́ erecta facie tam truncorum, q̃ ẽt ramorum dispicias diuersitatem: hoc aũt sine cuiusq́ linguæ grãmatica fieri nequaq̃ potest: quod euenit quia cum alter ab altero pronunciatione differat, diuersisq́ aliâs magis, aliâs minus grãmaticæ loquatur regulis, is qui propriæ linguæ sonum nõ audit, nec quæ in nominibus facta sit variatio, p grammaticam agnoscit, aliã linguam a sua omni-

no diuersam, aliasq; verborum significatio-
nes esse putat: Magna igitur vtilitas est, quæ
ex linguarũ cognitione percipitur, p̃sertim
si talis fuerit earum natura atq; conditio, vt
mutua quadam propinquitate, qui vnã intel
ligit, cæteras quoq; aliqua ex parte intelli-
gere valeat, sicut euenit iis de quibus in præ
sentia pertractamus, modo non temere, aut
casu, sed comitibus regulis, duceq; ratione
aliquis ad eas accedat: impulit iampridem
hoc ipsum nos, vt inter cætera literarũ stu-
dia, quibus ab ineunte ætate partim natura
ipsa incitante, partim persuadente ratione
operã damus, linguarum quoq; scientiã nõ
omitteremus, sed quocũq; labore, ingenioq;
id a nobis fieri posset, illas amplecteremur:
idq; nullam aliam ob causam, nisi vt aliqua
inde vtilitas, vel nobis solis, vel aliis quoq;
nobiscum, exoriretur: facimus hoc ipsum
iandiu, verum animosius forsitan, q̃ fortuna
tius: ex quo euenit, vt dũ vires nostras aio
potius, q̃ fortitudine, ac robore metientes,
multa vndiq; quæ discamus, cum legendo,
tum audiendo, percontãdoq; conquirimus,
forte Romæ in Aethiopicam inciderimus
linguã: hãc aũt cum celeber rimam esse, om-
niumq; quæ ab ipsa Chaldæa, seu babiloni-

ca exoriuntur, emendatissimã, vt quam ab oĩ externorum bellorum incursione expertem semp, immunemq; fuisse perceperamus, discere cœpimus, Petro Aethiope, viro quidem benigno, ac perhumano, suæ linguæ peritissimo, tibiq; admodum intimo, & familiari, non solum adhortante, verumẽt maxima cum beneuolentia perdocente. Visa est nobis initio ea prouincia perdifficilis, & quæ ab homine latino propemodũ penetrari impossibile esset: idue non solum proptere a ꝙ aliquem apud Aethiopes librum, quo hæc lingua cõmode, facileq; edisci liceret, nõ reperiebamus, sed ẽt quia aliquẽ q de ea grãmaticam scripsisset, nec legeramus; nec ẽt audieramus: sed contra potius, erant qui affirmarent nullã omnino huius linguæ grãmaticam esse, nec legibus, aut compẽdio aliquo, vt cæteras disci, sed longo tantum vsu loquendiq; consuetudine percipi. Quamobrem horrebat animus aggredi opus, quod veluti vastum quoddã, immaneq; corpus, nec satis comprehendi quod esset, nec attrectari nisi cœcis, nutantibusq; manibus posset: inerat tamen altera ex parte ingens quidam discendi ardor, immensaq; intelligendi cupiditas: succurrebat gentẽ hãc, a qua linguæ

nomẽ est inditum, christianã esse, veniebat in mentem ab Eunucho primum, deinde a Mattheo Euangelista edoctam. concludebatur postremo, aliqua apud eã reperiri forsitan posse, quibus afflictatis modo ac penè collabentibus Christianorũ rebus subueniri, sacraq; religionis pietas exerceri, atq; amplificari aliqua ex parte posset. Parum obstabat audisse Aethiopes superstitionis nota haud quaq̃ carere, esseq; gentem ab erroribus quibusdam in religione, vt cæteras, quæ Orientem, & Meridiem incolunt, minime liberã & alienam: subibat enim animo statim, christiani hominis officium esse, vndiq; quod bonum esset, argutarum Apũ more in cõmunem omnium vtilitatẽ colligere, & comportare: addebat incitatis nobis calcaria gentis in Romanã Eccl. haud infima, vulgarisq; affectio, quãdo tam ex gestis Cõcilii Florentini sub Eugenio Quarto habiti, vbi Aethiopes interfuere q̃ ex literis ad Leonem. X. & Clementem. VII. Pontifices Max. missis, aperte cognoscebamus, quanta reuerentia, quantaue obseruatione illam coleret, & vt omniũ christianorũ carissimam parentem, supremamq; magistram veneraretur. Dum hæc igitur animo sedulo volui-



mus,menteq; in diuersa pertracta,constitui a nobis certo nō potest, quid nā facto opus sit, forte euenit,vt inter discendum animad uerterimus,hanc linguā non paruā cum he-braica similitudinem habere: quod verum esse,cum aliquanto diligentius postea perpē derimus,resumpto animo, prouinciā quam initio a limine tantum salutaueramus ; vt cunq; introgressi, regulas quasdam, quibus cōmode lingua perdisci possit,cōposuimus, vsi in hoc non solum Petri,aliorūq; Aethio pum, virorum hac in lingua eruditissimorū ope,atq; iudicio, sed hebraicæ quoq; grāma ticæ, cui veluti germana hæc est, auxilio: iuuit etiā non parum, sacros libros,qui tam Aethiopibus, q̄ nobis cōmunes sunt, inuicē interdum conferre , eoq; modo grāmaticæ rationem sedulo examinando reperire,rep-tamq; in capita quædam,regulasq; digerere: peccari potuit in pluribus, nō negamus, ve-rum quantuscunq; sit error, venia dignus ē: si quidem primi ob publicam vtilitatem su-scepti conatus, non tā ex aliquo defectu re-prehendendi, q̄ ex iuuandi affectione excu-sandi sunt. Agressi enim sumus opus a ne-mine alio vel græcorum, vel ēt latinorū at-tentatum, quæ vna ratio cum publicam secū

habeat vtilitatem coniunctam, ad ædendum nos impulit, veriusq́ꝫ, repugnante ē natura, coegit. Adest tibi ac qdē valde familiariter Petrus Paulus Gualterius Aretinus, vir doctus, at perhumanus, q solus ex nostratibus possit errores corrigere, & qd in opere aut remouendum sit, aut etiā addendum indicare, siquidem ante eum nullus ex latinis hominibus hac in lingua legitur profecisse. Parum refert, ꝙ Ioannes Potken Coloniensis iampridem Dauidicos Psalmos Aethiopice conscriptos ædiderit, cum eomet prodente compertissimū sit, illum non solum linguæ ignorasse grāmaticam, sed ē imperitorum quorundam Aethiopum testimonio persuasum, existimasse, eam sine certis grāmaticæ regulis, solo tantum vsu, loquendiue cōsuetudine percipi. Verum quæ linguæ vtilitas sit, tute nobis melius nosti, qui non solum nouum Christi testamentū, vt es omnis literarum generis amātissimus, eamet ipsa imprimi, ædiq́ꝫ curasti, sed etiā qui nam sacri, veteresq́ꝫ scriptores, vel ex Græca, vel ex Syriaca in hanc linguam fideliter translati sint, pluries, vt existimamus, ab Aethiopibus percepisti: si parua hæc alicui videatur vtilitas, certe parua ea non est, ꝙ complures

apud Aethiopes scriptores reperiuntur, qui ſacras literas docte, ac erudite interpretati ſunt. Pluriſacimus aũt nos poſt exemplar illud hebreum, quod in bibliotheca Pamphili ætate D. Hieronymi aſſeruatum, illudue quod ab eo tranſcriptum, nusq̃ alibi terrarũ amplius viſum legimus, ſacrum Matthei Euangelium hac eadem lingua cõſcriptum, cum conſtet ſub Hertaco Rege, quem illi ገበ ጸ: alio nomine appellant in Aethiopia illum pro Chriſto obiiſſe, nam ſiue ab ipſomet Euangeliſta, vt quidam putant, & ratio perſuadet, ſiue ab alio quopiam ex hebrea in eam linguam translatum ſit, par eſt vt exiſtimemus emendatiſſimum illud eſſe, & hoc quia non ſolum magna eſt inter vtranq; linguã propinquitas, atq; cõuenientia, idemq; prorſus dictionis genus, ſed etiã quia vetuſtiſſimo tp̃e illud in eam linguam translatum eſt. Vt aũt ad extremum cæteras omittamus, an non ingens vtilitas illius gentis diſcere linguam, quæ lato, ac vaſto imperio Chriſtum colens, ad Romanam Ecclesiam, veluti ad optimã, præcipuamq; parentem, ſuppliciter quotidie bracchia tollat, opem, auxiliumq; lacrimis, precibusq; imploret, idue non vt noſtris fortunis, quæ

ſatis amplæ apud Aethiopes ſunt, neq; vt mi litaribus copiis, q̃bus illi maximeabundant, adiuuetur, ſed vt ꝑ nos ea quæ ad diuinũ cul tum, ſacra m'q; pertinent religionẽ, fidelius, atq; vberius edoceatur: & tamen negligi- mus, numeroſamq; nationem, dum paucos, ac obſtinatos Germanos, q partim ob igno- rantiam, partim ob ſuperbiam, ac peruica- ciam ab obedientia Romanæ Eccl. ipſaq; propius veritate petulanter rebellarunt, re- ducere omni conamine ſatagimus, deſeri- mus, relinquimusq;: cum tamen ad obtem- perãdum iam perſuaſam, & promptam, par- uo labore a quibusdam erroribus, quibus cum maiorum ſuperſtitione, tum Græcorũ: Aegiptiorumq; ſubdola quadam obreptio- ne imbuta eſt, reuocare, expurgareq; valere mus: Quod ſi fieret, arctiusq; q̃ hactenus cõ- tigerit, ſocietas, amicitiaq; cum ea gente cõ tineretur, tanta infeſtatione Turcam Aſiæ Principem in confinibus Aegypti illa pre- mere poſſet, vt non ſolum tam præpotentẽ hoſtem, nobis hodie plus nimio formidabi lem a ceruicibus noſtris amoueret, ſed etiã terræ Hieroſolymitanæ aliquando recupe- rãdæ, haud parua cõciperetur ſpes. Suſcipe igitur optime, atq; eruditiſſime Marcelle,

hoc, quodcunq; sit, opus, tuo enim dicatum nomini prodit in vulgus: & homines, qui natura alioqui ipsa ad discendum mouentur ac impelluntur, cum exemplo, quo cunctis es hominibus admirabilis, tum etiam illa, quæ tibi accurata, ac præcipua est dicendi maiestas, vt hanc quoq; linguam non negligant, adhortare. Aperuimus nos interea aditum, hāc paruam linguæ εἰσαγωγὴν eo, quo potuimus, ingenio, describēdo: addidimusq; in fine Regum omniū, qui ab inundatis terris vsq; ad nostra tempora in Aethiopia imperarunt, historiam. Breue quidem vtrunq; est opus, verum vtile, & tam a Latinis, q̄ a Græcis hactenus ignoratum: quamobrem raritate sua confisum, tuæ præsentiæ grauitatem minime reformidat: nam & si nullus in eo sit linguæ splendor, aut ornamenti decor, quo tuos ingredi lares, propiusq; accedere, ac comminus audeat compellare, scit tamen te vtilia iocūdis semper præponere, nec tā amplecti, quod delectet, q̄ quod prosit. Vale.



Ethiopicam linguam, quam Chaldæam vocant Aethio- pes, veluti quæ a Chaldæa ba bilonica exoriatur, hebraicæ quam maxime similem esse, haud dubium est: quod euenit, quia ab he- brea non secus q̃ Syriaca, Arabica, ac etiam Babilonica, quam Assyriacã ẽt appellamus, originem ducit: scimus tamen Aethiopes contrarium asseuerare, velleq́ hebraicam po steriorem, & a sua progenitam potius esse: vtcunq́ satis ex hoc constat; facilime per- discere hanc posse, qui hebraicam ipsam cal leat, si quidem maior nominum pars vtri- usq́ linguæ communis est, suntue eædem ferê in grammatica regulæ, idem dictio- nis genus, iidemq́ in describẽdis, signãdisq́ uocalibus literis ritus: nã vbi hebrei pũctis, lineisq́ exterius literæ appositis, vocales explicãt, Aethiopes quoq́ idẽ faciunt, diffe runtq́ in hoc vno, q̄ lineã ipsam, pũctumq́ exterius haud ascribunt, sed ipsismet literis cõiungunt: est & alia differentia, q̄ interdũ Aethiopes, nõ solũ lineã nõ adiũgunt, sedẽt partẽ ipsius met literæ detruncãt, atq́ rescin

dunt, vt euenit maiori ex parte literis quæ sunt.4.ac vltimæ classis est & in punctorum quoq; potestate, quãtitate ue nõ parua inter eosdem similitudo si quidem literæ primæ classis, habent a breue : idest patah, literæ secũdæ u longũ, idest vausurech, tertiæ hirech, quartæ a longum, idest camez, quintæ e longum, hoc est, zere, sextæ e breue ac etiã mobile, hoc est, sceuà, septimæ vero ω magnum, seu longũ, hoc est ho lem: quæ omnia, prima sunt penes ip sos iudeos puncta, principesq; voca les: Alphabetum quoq; ipsum, quod latinis, aut græcis literis, quarum tan tum copiam apud impressorem habui mus, explicari minus cõmode potest, vt quod latino; aut græco parum ap posite respondeat; hebraico, cui illud affine est, optime exprimitur, ac expli catur : verum literarum hebrearum ordinem, in hunc modum inuertere, transponereq; oportet, vt quælibet earum, singulis quæ in subscripto Aethiopum alphabeto ex ordine po sitæ sunt proprio respondeat loco.

Alphabetũ

Alph. hebr

he
lamed
chet
mem
samech
res
sin
Kof
bet
tau
Chet pro fun.
nun
aleph
caf
vau
hain
zain
iod
dalet
ghimel
thet
pe fortius
tzade
tzade cũ da
phe (ghes
pe .i. eadẽ li
tera cũ pun
cto daghes.

# Alphabetū vel Syllabariū Chaldeū siue Aethiop.

| | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | ግእዝ: | | ካእብ: | | ሣልስ: | | ራብዕ: | | ኃምስ: | | ሳድስ: | | ሳብዕ: | | |
| hoi | ሀ | ha | ሁ | hu | ሂ | hi | ሃ | ha | ሄ | he | ህ | h | ሆ | hω | |
| laui | ለ | la | ሉ | lu | ሊ | li | ላ | la | ሌ | le | ል | l | ሎ | lω | |
| haut | ሐ | ha | ሑ | hu | ሒ | hi | ሓ | ha | ሔ | he | ሕ | h | ሖ | hω | fortius |
| mai | መ | ma | ሙ | mu | ሚ | mi | ማ | ma | ሜ | me | ም | m | ሞ | mω | |
| ſaut | ሰ | sa | ሱ | su | ሲ | si | ሳ | sa | ሴ | se | ስ | s | ሶ | sω | samech |
| res | ረ | ra | ሩ | ru | ሪ | ri | ራ | ra | ሬ | re | ር | r | ሮ | rω | heb. |
| ſaat | ሠ | sa | ሡ | su | ሢ | si | ሣ | sa | ሤ | se | ሥ | s | ሦ | sω | ſin heb. |
| Kaf | ቀ | ka | ቁ | ku | ቂ | ki | ቃ | ka | ቄ | ke | ቅ | k | ቆ | kω | |
| bet | በ | ba | ቡ | bu | ቢ | bi | ባ | ba | ቤ | be | ብ | b | ቦ | bω | |
| taui | ተ | ta | ቱ | tu | ቲ | ti | ታ | ta | ቴ | te | ት | t | ቶ | tω | |
| harm | ኀ | hha | ኁ | hhu | ኂ | hhi | ኃ | hha | ኄ | hhe | ኅ | hh | ኆ | hhω | profun |
| nahas | ነ | na | ኑ | nu | ኒ | ni | ና | na | ኔ | ne | ን | n | ኖ | nω | dius. |
| alph | አ | a | ኡ | u | ኢ | i | ኣ | a | ኤ | e | እ | e | ኦ | ω | |
| caf | ከ | ca | ኩ | cu | ኪ | chi | ካ | ca | ኬ | che | ክ | c | ኮ | cω | |
| vaue | ወ | ua | ዉ | uu | ዊ | ui | ዋ | ua | ዌ | ue | ው | u | ዎ | uω | |
| hain | ዐ | ha | ዑ | hu | ዒ | hi | ዓ | ha | ዔ | he | ዕ | h | ዖ | hω | ain |
| zai | ዘ | za | ዙ | zu | ዚ | zi | ዛ | za | ዜ | ze | ዝ | z | ዞ | zω | hebreū |
| Iaman | የ | ia | ዩ | iu | ዪ | ii | ያ | ia | ዬ | ie | ይ | i | ዮ | iω | |
| dent | ደ | da | ዱ | du | ዲ | di | ዳ | da | ዴ | de | ድ | d | ዶ | dω | |
| gheml | ገ | ga | ጉ | gu | ጊ | ghi | ጋ | ga | ጌ | ghe | ግ | g | ጎ | gω | |
| thait | ጠ | tha | ጡ | thu | ጢ | thi | ጣ | tha | ጤ | the | ጥ | th | ጦ | thω | |
| pait | ጰ | ppa | ጱ | ppu | ጲ | ppi | ጳ | ppa | ጴ | ppe | ጵ | pp | ጶ | ppω | |
| zadai | ጸ | tza | ጹ | tzu | ጺ | tzi | ጻ | tza | ጼ | tze | ጽ | tz | ጾ | tzω | |
| zzappa | ፀ | zza | ፁ | zzu | ፂ | zzi | ፃ | zza | ፄ | zze | ፅ | zz | ፆ | zzω | |
| af | ፈ | fa | ፉ | fu | ፊ | fi | ፋ | fa | ፌ | fe | ፍ | f | ፎ | fω | |
| psa | ፐ | pa | ፑ | pu | ፒ | pi | ፓ | pa | ፔ | pe | ፕ | p | ፖ | pω | |

*Finiunt in a breue.u longum. i long.a long.e long.e breue uel conſon.o long.*

Aliæ Syllabæ, ſeu characteres,

| ቈ | ቊ | ቋ | ቌ | ቍ |
|---|---|---|---|---|
| Qua | Qui | Qua | Que | Queu more gall. |
| ጐ | ጒ | ጓ | ጔ | ጕ |
| Gua | Gui | Gua | Gue | Gueu |
| ኰ | ኲ | ኳ | ኴ | ኵ |
| Kua | Kui | Kua | Kue | Kueu |
| ኈ | ኊ | ኋ | ኌ | ኍ |
| Hqua | Hqui | Hqua | Hque | Hqueu |

## De Literis, & Syllabis.

Literæ, vt vides, apud Chaldeos, ſiue Aethiopes ſunt ſex, & viginti, quæ cum vocalibus multiplicatæ aſcendunt ad numerū clxxxii. præter viginti alias, quas hic ſupra poſuimus. Licet eo dicendi genere, quod ipſis floridū, copioſum, & elegans eſt, quodq; ab eis Babilonicum dicitur, nōnullos alios characteres habeant, nobis vſq; hodie prorſus incognitos, vt pote qui nullam de eo in ſacris literis mentionem habeamus, cum ſit patrium ac vernaculum genus dictionis.

Literarum diuiſio.

Literæ, cum omnes habeant vocalem affixam, in vocales & Conſonantes niſi quo

ad pronunciationem diuidi non possunt, figura.n.cum vocalibus, tum consonantibus eadem est: At si malueris contrarium asseuerare, Vocales erunt, quæ nec figuram, neq; pronunciationem cōmunem habēt cum consonantibus, vt est litera. Xiii. cōsonantes vero oēs, quæ sexti ordinis, cum interdum nō habeant e mobile, remanent puræ consonātes: quamuis Aethiopes ipsi oēs literas vocales dicant, nō consonantes: quæ tamen ad septem coarctantur. videlicet *a* breue, & a longū, e breue & e longū, i longum, o longum, & u longum. Vocales & consonantes.

Diuiduntur itidem omnes literæ alphabeti, vt supra videri potuit, in septem classes, quæ oēs præter primam & sextam longæ sunt, nam *u*, exempli causa, primæ classis habet *a* breue, *u* sextæ habet e breue, quādo non est consonans, at in cæteris classibus semper habet vocalem longam: & ita de cæteris dicendum est.

Diphtongos nullo modo habent, neq; diuidunt literas, vt nos Latini, in mutas, liquidas, & semiuocales.

Diuiduntur tamen oēs, vt apud hebreos in gutturales, linguales, labiales, palatinas, dētales, & vnam epiglottiam, idest quæ lin Dentales.

gula illa, quæ est ad os gutturis, profertur.
Gutturales sunt qninq; ሀ ሐ ኀ አ ዐ ፡
Linguales sunt sex ለ ረ ሰ ሸ ተ ፡
Labiales sunt quinque መ በ ሸ ፐ ወ ፡
Palatinæ sunt tres ያ ገ ከ፡
Dentales sunt sex ስ ሠ ዘ ፀ ጸ ፈ ፡(faciũt.
Epiglottica vna ቀ, hãc tamẽ hebrei palatinã
Carent Aethiopes, vt in eorum alphabeto videri potuit, literis q, x, et y, sed pro q vtuntur ከ, vel ቀ, pro x vtuntur duabus his literis ከሰ cs. Pro ypsilō vtuntur i simplici.
Habent triplicem aspirationem ሀ ሐ & ኀ, verum ሀ est he hebreum, ሐ & ኀ chet itidẽ hebreum, sed secundum primo profundius pronunciatur. hain autem quæ ita scribitur ዐ potius respondet hain hebraicæ, q̃ nostræ aspirationi, habent & duplicem c, videlicet ቀ & ከ, sed ቀ potius kof hebreorum, q̃ nostrũ κ, seu græcorũ κ, ከ verius est caf iudeorũ, q̃ nostrũ c, vel κ, seu χ græcorum.
Vtuntur p z his literis ዘ ጸ & ፀ, sed duæ vltimæ in pronunciatione verius referunt tzade hebraicum, at ዘ refert ζ græcũ, si vt hispani pronuncies potius q̃ nostrũ x aut nostrũ z italorũ modo pferendo sed tñ harũ vice habent ዘ p z, ጸ p tz, ፀ p zz, ወ respondet u nostro cõsonanti, vel verius vau hebreo.
Cæterarũ literarum potestatẽ ex ipso alpha

beto, quod supra posuimus, notare poteris.

De literis sextæ classis.

Literæ .vi. classis, cũ habeant vocalẽ quæ humili ac depssa voce pfertur, difficulter p nunciatur. Est enim e angustũ, quodue nisi pressius agas pronunciari nequeat, vt euenit nobis italis in dictione mele, cũ arboris vul gatũ fructũ significat, nõ apum fœturam.

Quando e sextæ classis legatur.

E, vt diximus, vi. classis, interdũ mouetur, interdũ nõ, cũ mouetur, illud e supprimitur atq; deiicitur, cũ vero non mouetur, omnes literæ cõsonantes remanẽt: እ aũt semp ẽ vo calis. Verũ ne toto a nobis aberretur cælo, sciendũ est hoc e sexti ordinis, esse apud Ae thiopes, nõ secus q̃ sceua apud hebreos, vnde eius regulas in oĩbus ferè seqtur, nã legitur in principio dictionis, vt ግበረ፡ & post voca les magnas, ut sunt vocales oĩum classium, pter primã ac sextam: legitur ẽt ante vlti mã dictionis, qa oĩs penultima longa est.

De Accentu literarum.

Quantũ vero ad literarũ accentũ ptinet, nul lũ acentũ virgulis notãt, vt græci & hebrei faciunt, sed bene, vt cæteri oẽs in pronuncia tione seruant, de quibus alias regulas nõ ha bent, nisi q literas omnium classium præter



Psalm. 1. primam ac sextam, cum habeant vocales lõgas, duplici ac maiori pronunciãt tempore, nam litera longa habet duplex tempus: vt ፈጥኖት : fetnôta; illud enim ኖ tũ quia habet o longum, tum etiam quia penultima est, retinet duplex tempus: Syllabas vero breues raptim ac festinanter proferunt, vt ሞግዕ : ዕብተከ: ubi secunda litera cum primæ ac sextæ classis sit, cursim legitur.

Verum de acuto, graui, ac circumflexo, ac et de spiritu cum denso, tum etiã leni, nihil quod equidem sciam, enarrant.

Regulæ quædam de temporibus.

Omnem primam, ac penultimam longo proferunt tempore. A vero quartæ classis longiori, vbicunque sit: habet enim vocalis eius classis adeo longum tempus, vt cæterarum, quæ longæ sunt, si ad hanc conferãtur, vnum duntaxat videantur habere tempus; exemplum አብርሃም: Abraam, ይስሐቅ: Isaac, ሳራ: Sara, ርብቃ: Rebeka.

Cæteræ vero vocales longæ, & si quo ad potestatem longæ sint, nõ tamen sistunt vocem, nisi sint in pdictis locis: vt facit a quartæ classis.

Expositio nominum literarum.

Edidit D. Hieronymus expositionem li

terarum hebraici Alphabeti, cuius recondi-ta quædam admiratus mifteria, omnia rettu-lit in gloriam feruatoris noftri Chrifti. Verũ cũ idẽ de fuo dicãt alphabeto Aethiopes operæ precium facturi duximus, fi ea quoq; nos æderemus: Nam .xxvi. eorum literas, & eidem habere nomina dicunt, quæ funt cherubin, & feraphin, & illorum .xxiiii. fenio-[rum] de quibus in Apocalypfi Ioannes meminit, Apoca. 4. quarum fignificatio hæc eft.

| | | |
|---|---|---|
| ሆይ | hoi | Fuit f. ante fæcula. |
| ለዊ | Laui | Altiffimus, & nox. |
| ሐውት | haut | Vita, f. viuentium. |
| ማይ | mai | Quis, f. fimilis tui ? |
| ሠውት | Saut | Trinitas. |
| ሬእስ | Res | Caput, f. omnium rerum. |
| ሰዐት | Saat | Pax. |
| ቀፍ | Kaf | Sanctitas. |
| ቤት | Bet | Domus |
| ተዊ | Taui | Rectitudo, fignum. |
| ኅርም | Harm | Bonitas perfectiffima. |
| ናኅስ | Naas | Ecce. |
| አልፍ | Alph | Principium. |
| ከፍ | Caf | Omnipotens |
| ወዌ | Vaue | Veh. |
| ዐይን | Hain | Magnus |
| ዘይ | Zai | Nunciatum eft. |

| | | |
|---|---|---|
| የመን | iaman | dextera |
| ጥንት | dent | initium |
| ገምሀ | gheml | gratiæ |
| ሠይት | tait | dulcissimum. |
| ጰይት | ppait | rubus |
| ጸደይ | zadai | iustus. |
| ፀጰ | zzeppa | admiratio. |
| አፍ | af | missus. |
| ፐሳ | psa | tabernaculum. |

Vides quæ mysteria abstrusa sint in hoc Aethiopum syllabario: quorũ doctrinam in ipsum etiam Enoch referunt.

## De Nomine.

*Orationis partes.*

Cum de literis ac syllabis breuiter supra dictum sit, sequitur vt de nomine aliqua videamus: partes enim orationis primariæ apud Aethiopes quatuor duntaxat sunt Nomen videlicet, Verbum, Pronomen, & Aduerbium: Præpositio vero, Interiectio, & Coniunctio ab ipso pendent Aduerbio, sicut & a Verbo Participium, omnia vt apud hebreos.

## Nominis diuisio.

Diuiditur nomẽ apud ipsos, sicut et apud

nos

nos in ስም፡ አክለ፡ ለው፡ ህላዌ፡ nomen ſubſtantiuum, ወስመ፡ ሬድኤት፡ & nomen adiectiuum: Vocãt autem ipſi ſubſtantiuum nomen, omne illud, cui ob ſui perfectionem aliud adiicitur, quoue remoto, illius tamen ſubſtantia non amittitur, dicuntue adiectiuum illud quod ſubſtantiuo adiicitur, vnde anima apud eos ſubſtantiuum dicitur, corpus vero quod ei adiicitur adiectiuum, & itidem, dominus, ex eo quod homini, aut alteri rei adiiciatur, adiectiuum apud ipſos eſt.

*Nomen ſubſtantiuum.*

*Adiectiuum.*

## Nominum genera.

Nominum genera Aethiopibus quinque tantum ſunt. ተባእት፡ እግዚእ፡ maſculinum vt dominus: አንስት፡ እግዚእት፡ fœmininum domina: ህቡር፡ ሰብእ፡ commune homo, ሰፍው፡ ዖፍ፡ ንስር፡ promiſcuum auis, aquila: ዘእይትአመር፡ መዓልት፡ እማር፡ incertum dies: neutro enim, & omni, æque carent, & ita cum nõ habeãt neutrum genus, non habent niſi duos articulos, maſculinum, & fœmininum, maſculinũ vt ዝንቱ፡ hic, fœmininum vt ዛቲ፡ hæc quos ſic declinant.

## Articulorum declinatio.

ዝንቱ፡ hic, ዘዝንቱ፡ huius, ለዝንቱ፡ huic, ዝንቱ፡

hunc እምዝንቱ፡ab hoc, ſimiliter & in fœmi=
nino።

ዛቲ፡haec ዘዛቲ፡ huius, ለዛቲ፡huic, ዛተ፡ hanc
እምዛቲ ፡ ab hac, iisdem & in plurali quoq;
vtuntur, eo modo quo hebrei relatiuũ aſcer;
vocatiuo ſemper addunt ኦ ω, vt nos & græ
ci, hos tamen articulos non præponunt no=
minibus, vt græci faciunt, & nos aliquando
pro demonſtratione quoq; vtimur, ſed ad=
dũt ante nomina quasdam literas, vt hebrei
Articuli & noſtrates vulgo faciunt; quibus oẽs caſus
præpoſit. diſtinguere ſolent, nam genitiuo præponũt
ዘ ዘ, datiuo ለ, quæ litera & genitiuo & accuſa
ለ tiuo quoq; præponitur። vocatiuo ኦ, ablati=
ኦ uo እም ፡ & hoc faciunt in vtroque nume=
እም ro, vtrique enim eædem deſeruiunt lite=
ræ, nominatiuo & accuſatiuo nihil præpo=
nunt. Quas omnes præpoſitiuas literas in
hac dictione notare potes ዘለኦእም ፡ exem=
plum እግዚእ፡ dominus, ዘእግዚእ፡ domini,
ለለእግዚአdomino፡እግዚአ፡ dominũ, ኦእግዚእ
o domine, እምእግዚእ፡ a domino።

Nominum terminationes።

Nomen maſculinum omnes literas in fi=
ne habere poteſt, quas in ſexta claſſe ſuper

rius annotauimus, vt አምላክ፡ Deus ኤል፡ Deus, አዶናይ፡ dominus ሰዳይ፡ expulsor, at hebreis sadai nomen Dei est, significatque quod & græcis αὐτάρκης sibi ipsi satis, ac nullius indigus.

Plurale vero masculini duas tantum finales literas recipit ት, & ን, hoc est in ት vt plurimum, substantiuum, vt አምላክት፡ dei, መላእክት፡ angeli, አጋእዝት፡ domini. In ን vero adiectiuum.

Nomen vero fœmininum desinit in literas quartæ ac sextæ classis, hoc est in a longum quartæ, ac ት sextæ, vt ሳራ፡ Sara, ርብቃ፡ Rebeka, ልያ፡ Leia, ሶሳና፡ Susãna, ትምህርት፡ doctrina, ኅሪት፡ electa, ንጽሕት፡ munda. Plurale masculini

Eius vero plurale in ት desinit, vt ትምህርታት፡ doctrinæ, ንጹሓት፡ mundæ, sed illud ት interdum uel ob pronomen in fine affixum, vel ob genitiui constructionem mutatur, & & ut plurimũ in ተ, vnde in Psalm. ትእዛዛቲከ፡ mandata tua. Sed nota quod non solum in plurali fœminini nominis addunt ት, sed literas suæ radicis, quæ sunt ante ት de classe in classem mutare solent, vt in nominibus prædictis notare potes, & hoc hebreorum itidẽ more, qui puncta inuicem commutãt. Plurale fœminini. Psal. cxviij.

Exceptio quorundam prædictorum.

Quantum attinet ad plurale maſculini, reperiuntur quædam noía, quæ à prædicta deſciſcunt regula: vnde in Pſal. inuenies አዕሩግ: ſenes, licet aliqui velint eſſe ſingulare poſitum pro plurali, & in eodem inuenies እሙንቱ: ipſi, vbi ቱ in ቲ mutatũ eſt: & quædam alia ſimilia.

Pſal. cxyiij.

Omnia itidem nomina peregrina, ipſiſq; pariter barbara, à prædictis regulis interdũ recedunt, vt ራሔል: Rahel, nam licet fœmininum ſit nomen, ac ſextæ claſſis finalem habeat, non tamen in ት, ſed in ል deſinit.

Cæterorum nominum terminationes

Cætera vero noía tum cõmunia, promiſcua & incerta, tũ alia huiuſmodi, eaſdẽ oẽs terminationes ſeruant, quas in maſculino & fœminino diximus.

Literarum nominum cõmutationes.

Vſitatiſſimũ eſt apud Aethiopes nõ ſecus q̃ Hebrei de punctis faciant, eaſdem literas de vna in aliam mutare claſſem, vt ቱ in ታ, vel in ተ vel in ቴ, & cætera huiuſmodi, non enim mutãt literam ꝑ litera, ſed eandem de vna in aliam claſſem, & hoc variis faciunt rationibus; quarum prima hæc eſt, vt nomi-

num εὐφωνία seruetur, ne aures male audiant, neue vox turpiter decidat ac prosternatur: quapropter omnes literæ quæ sunt in fine orationis, recedunt â regula, quam diximus in terminationibus masculini ac fœminini nominis, ex eo quod transeant ad literas primæ classis, de quarta videlicet, ac sexta, & hoc ne vox in fine languescat; sed quia in quarta minus quam in prima & sexta languescit, verius est vt de sexta in primam aut quartam commutatio fiat: de quarta vero nequaquam. Fit & aliquando predicta commutatio ob aliquod pronomen, aut quid simile, in fine affixum, vt supra diximus: Et propter regimen genitiui, nam si de genitiuo remoueas ዘ notam, litera finalis præcedentis dictionis de sexta classe in primam mutari solet, exemplum እግዚአ፡ ዘአጋእዝት፡ dominus dominorum; at si remoueas ዘ, dices. እግዚእ፡ አጋእዝት፡ exemplum ob aliquod affixum in fine habes in Psalmis: Psal. x.
ወአዕይንቲሁኒ፡ & oculi eius, ወቀራንብቲሁኒ፡ & palpebræ eius, vbi ob affixam dictionem ኒ, quæ significat sed, ት pluralis in ቲ mutatum est: & ita de aliis dicendum est, quæ ex frequenti lectione ex te ipso notare poteris nam in quam classem litera commutetur, aures potius, ut equidem puto, quam canones aliqui,

ſunt conſulendæ. Nominum ſpecies

Habent vt nos primitiuum & deriuatiuum, vt አምላክ: Deus, አምላክዊ: Deum colens, ሰማይ: cælũ, ሰማያዊ: cæleſtis, ኢየሩሳሌም hierusalem, ኢየሩሳሌማዊ: hieruſolimitanus, ኢትዮጵያ: Aethiopia, ኢትዮጵያዊ: Aethiops, ሮማ: Roma, ሮማዊ: Romanus, vbi notare potes quôd ſemper cum formant deriuatiuum, addunt in fine literam ዊ.

De Nomine Comparatiuo.

Comparatiuum nomen, quod a poſitiuo formetur non habent, & hoc hebreorũ more, ſed addunt ſuo poſitiuo dictionem ጥቀ: ideſt q̃, & pro comparatiuo vſurpant, vt ሠናይ: bonus ጥቀ:ሠናይ, q̃ bonus, pro melior. licet comparatiuum & ſuperlatiuum, vt nos quoq́, ἀνώμαλον habeãt, vt ሠናይ, bonus, አይም melior, ኄር optimus.

Exemplum declinationum noium.

Nomin. ሀልው ſubſtantia, G. ዘሀልው ſubſtantiæ, D. ለሀልው, Ac. ሀልው. V. አሀልው. Ab. እምሀልው.

Plura. N. ሀልዋን. G. ዘሀልዋን. D. ለሀልዋን. Acc. ሀልዋን. Voc. አሀልዋን. Abl. እምሀልዋን.

Hoc modo declinare poteris non ſolum noia, ſed etiam omnia pronomina,

Exemplum declinationis pronominum.

Nomin. አነ ego, & eſt communis generis. G. ዘአነ,

D. ለአነ, Acc. አነ. Abl. እምአነ.
ንሕነ, G. ዘንሕነ, D. ለንሕነ. Ac. ንሕነ. Abl. እምንሕነ. Plura.
Et ita de cæteris videlicet አንተ. tu mascul. አንቲ, tu fœm. & in plurali አንትሙ, uos masc. አንትን, vos fœm. ውእቱ ille. ይእቲ illa. እሙንቱ, illi, ውእቶን, illæ. ዚአየ, meus seu potius mei ዚአከ, tua, vel tui, & in plurali idem facere poteris, si literam ነ in fine addideris, & vltimã singularis abieceris, vt ዚአነ, similiter & in fœminino, si eandem literam in fine addideris, & vltimã tert iæ classis χαρακτηριστικὴν suã mutaueris, hoc est ኪ in ከ, ut ዚአከን, longũ esset si alia quædam nomina declinare vellemus, cũ ex his quæ notauimus, cætera oĩa ex se ipso discere diligens lector ualeat.

De Nominum affixis.

Affigunt Aethiopes, nõ secus q̃ hebrei faciũt suis noĩbus, ac ẽt verbis, literas quasdã in fine, ꝑ quas breui quodã modo ꝓnomina, ꝑpositiones, & similia notare solẽt, hæc aũt hebræis similia sunt. Nam ኒ sgnãt me masc. gẽeris, ተ me masc. & fœm. የ meus vt አምላክ Deus አምላኪየ: Deus meus, ከ significat te, & tuus, ut ነፍስ aĩa, ነፍስከ aĩa tua, in genere duntaxat masc. at in fœm. dicitur ኪ ut አጥባትኪ vbera tua. Cũ vero notare volũt illũ vel eũ sicut hebrei addũt in fine vau literã cũ pũcto

holē,ut ben filius beno filius eius,ita & hi li
teram ultimam radicalem cuiuſcunq; claſſis
mutant in ſecundæ claſſis characteriſticam
ſuam, quæ habet vau affixum, vt ስምረት:
voluntas ስምረቱ: voluntas eius: ንዋይ: diui=
tiæ, ንዋዩ: diuitiæ eius, የ vero quod ſignifi=
cat meus, cōmmunis generis eſt, & ponitur
etiam ꝑ mea. Attende tamen, quod aliquā=
do cū litera quæ habet vau affixū mutetur
in quartam claſſem, quæ habet a longum, il=
lud itidē vau amittitur, & tamē ſignificat eā
ſeu illā. exemplū ሃይማኖት: fides, ሃይማኖቱ:
fides eius, in fœm. ሃይማኖታ. Itē quēadmodū
Hebrei affigunt interdum ſupra literam, pū
ctum holem, quod eſt apud eos o longum,
ita & hi vertunt literā in ſeptimam claſſem
quæ habet o magnum, & ſignificant itidem
Psal. 1. vt illi, eum, vel eius, & huiuſmodi, vt ሕግ:
cxviij. lex, ሕጉ: lex eius, & የኀሥሥዎ: exquirent eū.

In plurali vero hebreorum more dicunt
ነ ነ, nos ſeu noſter, vt መጽሐፍነ: liber noſter,
ክሙ ክሙ: vos ſeu veſter, vt መጽሐፍክሙ: liber ve
ሙ ſter, ሙ, illis vel ſuos, vt መጽሐፎሙ: liber il
lorum, ſed litera quæ eam præcedit, muta=
ሁ tur in ſeptimam claſſem. Affigunt & lite=
ሃ ram ሁ pro ſuus, ſeu illius maſc. vt ፍሬሁ:
fructum ſuum, & ሃ ꝑ ſua ſeu illius fœm. vt

ፍሬሃ:

ፍሬሁ: fructum suum, & በጊዜሁ: in tempore suo, & hoc eodem modo, quo hebrei. Affigunt etiam alias literas ante & post dictiones pro præpositionibus, aduerbiis, coniunctionibus, & similibus, ut ን in እም ab, vt እምኔነ: a nobis: significat etiam, in, vnde in cantico Zachariæ, ቤተ: ዳዊት: in domo Dauid, ለ significat etiam, propter, vt እምለጽድቅ: propter iustitiam: ን, autem, vnde vbi nos habemus, non sic impii, non sic: ipsi legunt አኮ: ከመዝ: ኃጥአን: አኮ: ከመዝ: non sic autem peccatores, non sic, & vbi nos dicimus, & iter peccatorū peribit, ipsi habent ወፍኖተ ኃጥአን sed & iter. significat etiam si, vt ይርትዕ: si rectum esset. Quæ litera verbis transitiuis, passiuæ maximæ significationis ante futuri literas, vt infra dicetur, addi solet, ኢ significat non, vt ዘኢሖረ: qui nō abiit, ወዘኢቆመ: & qui non stetit: nam ዘ ponitur pro relatiuo quis vel qui, quæ, sicut apud hebreos litera sin, & ascer, ወ pro vau hebreo, idest pro & coniunctione, ፡ pro aūt. vnde Matthei primo, ወይስሐቅ: sed & Isahac, seu & etiam Isahac, quod in omnibus nominibus eius capituli vsitatissimum est. Sunt & alia quædam huiusmodi, quæ lector ex frequenti lectione ex se ipso notare poterit, quo pacto, nos pupe

Psal. 1

Psal. 2xxiij.

Matth. 1

Nominum deriuationes ac compositiones.

Nomina vero, sicut apud hebreos, vt plurimum ab aliqua verbi radice descēdunt, ita fit apud Aethiopes, vnde a ብፀዐ: beatus seu voto addictus fuit, venit ብፁዕ: beatus, & a ሰዐመ: osculatus est, deriuatur ስዕመት: osculum, a ጸድቀ: iustus fuit, venit ጻድቅ: iustus & ጽድቅ: iustitia, & alia ferè omnia: Addūt etiam verbis aliquas literas, & formant nomen verbale, vt faciunt hebrei, vnde sicut a iasau sedit, addendo m formāt mosau sedes, ita & hi a ነበረ: sedit, addendo itidem መ faciunt መንበር: sedes seu cathedra. Apponunt interdum etiam literam ተ vt hebrei (qui a sox desiderauit, formant tesuka desideriū, & ab hillel laudauit formant tehilla laus) vn a አዘዘ: mandauit formant ትእዛዝ: mandatum vnde Dauid አዘዝከ: ትእ ዛዘከ: mandasti mandatum tuum, & ትእዛዛቲከ: mandata tua, vbi vt supradiximus, ob affixum pronomen, ት pluralis nota, mutatū est in ተ tertiæ classis.

De verbo.

Operæprecium est post nominis declarationem & de verbo sermonem facere, quod orationis declinabilis, secunda, sicut & apud nos, habetur pars.

## Genera verborum.

Verborum coniugationes nullæ apud Aethiopes, quod equidem sciam, reperiuntur, si præteriti radicem, vt fit apud hebreos, æqua lance perpēderis, at si futurum, quod Aethiopes faciunt, cum ab eo omnia verba auspicentur, tres apud eos coniugationes hebreorum more reperies, licet ego rectius verborum genera appellarem, vnum actiuorum, quæ habent pro futuri nota in prima persona vel አ primæ, vel እ sextæ classis, vt አመልክ : adorabo, እመልክ : potero: እገብር : faciam. Alterum transitiuorum, quæ ab actiuis descendunt, illis scilicet quæ habent እ sextæ, quæ litera in አ primæ, mutatur, in verbis transitiuis, vt ab እገብር : faciam, fit transitiuum አገብር : fieri faciam, quod transitiuū nullo modo descendet ab actiuo, si habet actiuum in prima futuri አ primæ, cum transitiuum quoq; incipiat ab eadem litera. Tertium, passiuorum, quæ in futuro semper incipiunt ab እ sextæ, & nunq̄ ab አ primæ, & postea sequitur litera, quæ est nota passiui, videlicet ተ regulariter, vt እትገበር : fiam, እትመለክ : imperabor.

Verborum tempora apud oẽs, quod exploratiſſimum eſt, tria principalia ſunt, Præſens, præteritum, & futurum, ex quibus cætera alia græci formant, & quibus pro cæteris aliis vtuntur iudei. Quid enim in rerum natura indagator aliquis quantumuis callidus & ſagax conſiderabit, quod aut nõ fuerit, aut ſit, aut futurum ſit? nihil profecto. Verum Chaldei qui Aethiopiam incolũt, dum quæq; fluxa, caduca, atq; perpetuo abeuntia perſpicaci quadam ratione hebreorum more reputant, fit vt præſens tempus vix admittant, & ita futuro eius loco, vt plurimum vtantur. De quo cum multis aduerſus Petrum preceptorem meum contendiſſem, perſuadere non potui, vt pro præſenti reciperent illud quod modo eſt, eo ꝙ eſſe vere nõ dicerent, quod ꝑpetuo effluit, atq; dilabitur, & de futuro in præteritum abit, dumq; motum ipſum metitur, præterit ac ita in nihilum abit. ſoli ergo Deo, apud quem nulla eſt temporum vicißitudo, præſens tempus, idq; iure, attribuunt, nobis vero præterita aut futura. Quapropter & ſi præſens recipiant, raro tamen vtuntur, ſed

eius vice aut futuro, aut, quod raro faciunt, præterito, omnia vt apud hebreos, qua de re infra suo loco dicetur.

## Modi verborum.

Modi verborum Chaldeis, sicut etiã nobis, quinque sunt, qui tamen præter indicatiuum & imperatiuum sua tempora distincta haud quaq̃ habent, vnde in aliis, indicatiui vtuntur temporibus, quod aut ex adiũctis nonnullis dictionibus, de quibus infra dicetur; aut ex orationis contextu cognosci poterit, omnia vt apud hebreos.

## Personæ verborum ac numeri.

Vt taceam species atq; figuras, personæ verborum, vt cæteris omnibus, tres sunt, Prima, secũda, ac tertia: Numeri vero duo, singularis, & pluralis, tam in verbis q̃ in nominibus, sed interdum, vt græci solent, singulari pro plurali vtuntur, vt ወቀራንብቲሁ፡ የሀትቱ፡ & palpebræ eius interrogat, pro interrogãt, vnde statim sequitur, እግዚአብሔር የሀትቱ፡ dominns interrogat iustum, & impium. Psal.x.

## De verborum radice.

Verborum omniū radix, quæ ſemper in primis inueſtiganda eſt, ſi tertiam præteriti ſingularis inſpexeris, quod in grāmatica hebrea, huius, vt ita dixerim, germana, vſitatiſſimum eſt, eo quòd nulla ſit ibi extrinſecus adſcita litera, trium literarū quaſi ſemꝑ inuenitur, plurium vel pauciorum raro, vt ገብረ፡ fecit ነገረ፡ narrauit ከረየ፡ aperuit, ſeu effodit, ነበበ፡ dixit, pauciorum, vt ሖረ፡ abiit ቆመ፡ ſurrexit. Verbum vero cuius radix ſit vnius literæ, nunq̄ reperitur, plurium ſic vt አፍቀረ፡ amauit አንከረ፡ miratus eſt, ተወክፈ፡ recepit ተመሀርኩ፡ didici. ወሐለይኩ፡ cogitaui, & ſimilia, at quæ quatuor literas excedat, ego nunq̄ inueni apud ſacras literas.

## De Verbis defectiuis.

Sunt aliquæ literæ quæ in verbis hebreorum, aut deficiunt, aut in punctis magnis quieſcunt, vt ſunt literæ eheui & nun, at idem videtur accidere apud Aethiopes, præſertim in futuro, & hoc hebreorum more, ꝑꝑ literas, quæ ſunt futuri temporis notæ, tunc adſcitas, vbi & ſi vocalem aliquam auferūt, ſeruant tamen in præcedenti futuri litera,

vocem eius exemplum አፍቀረ : amauit, in futuro aufertur illud አ vt አፈቅር : ታፈቅር : ያፈቅር amabo, amabis, amabit : nihilominus vox eius in literis futuri quiescit, atq; seruatur, hoc autem rarissimo vtuntur, & non nisi in puris vocalibus.

De mutatione literarum in verbis.

Non solum in nominibus, literæ de vna in aliã variis ex causis, vt diximus, mutãtur classem, sed hoc in verbis etiam accidit, præsertim in futuro, cuius literæ sæpe sæpius commutantur, sed tamen non nisi in à aut e nostrum, secundum q fuerit futuri prima, quæ nunquam est nisi አ primæ classis, aut እ sextæ, vt latius infra in futuro dicetur. Sunt qui dicant non solum eandem literam de vna in aliam mutari classem, sed etiam literã in literram, si similis, atque characteristica sit, vt aspirata in aspiratam, palatina in palatinam, & huiusmodi: exemplum ወመሕረኒ : & doce me, at in eodem psalmo pluries inuenies ወመሀረኒ : vbi notatur ሕ & ሀ gutturales inuicem commutari, & in eodem psalmo ዐ ꝓ አ prima futuri nota, ወዐዛዋዐ : & exercebor, nam ibidem legi Psal. cxviij.

Psal. cxviij. tur ወአሀቀዐ : & exercebor, nam cum guttu-
rales sint, dicunt eas inuicem commutari vel
rum Petrus Aethiops vir suæ linguæ peri-
tissimus, hoc impressorum mendum esse di-
cebat, nec admittebat vt litera pro litera
poneretur.

## De tempore presenti.

Licet a futuro sua tempora auspicentur Aethiopes, nos tamen nostrum sequuti mo rem, prius aliqua de præsenti disserendã fore operæprecium duximus: Præsens igitur tempus hebreorum more distinctum nõ habent, nisi in subiunctiuo, & ideo p eo, futuro vtuntnr, vel, quod rarius est, præterito, magnas hoc certe lectoribus offundit tenebras, verum hoc sciri potest, aut ex adiunctis aduerbiis, aut ex orationis contextu, aut ex longa perpensaq; lectione, periculosa nihilominus hæc alea est, nisi lector cautus ac prudentissimus sit: Præsens vero subiunctiui a futuro, inq̃ plurimis verbis facillime dinoscitur: nam verba quæ in futuro habent primam radicalem, seu secundam in ordine, quæ sit primæ classis, in præsenti subiunctiui mutant eam in sextam vt ለሐቅር ትሐቅር : ይሐቅር : in præsenti subiunctiui dicent,

ኣፈቅር፡ ተፈቅር፡ ያፈቅር፡ & እገብር ፡ እነግር፡ in ſubiunctiuo dicent እግበር፡ እንግር ፡ ſunt aliqua verba quæ ab hac regula deſciſcunt, vt eſt verbum quod in fine conſcripſimus, at hæc ſtata quædam in omnibus fere regula eſt, vbi præſens ſubiunctiui primæ perſonæ facile a futuro dinoſcitur, & ita euenit in aliis perſonis vtriuſq; numeri, in quibus & ſi futuri literæ apponantur, ex prima radicali commutata cognoſcitur non eſſe futurum: præſens enim ſubiunctiui raro admittit alias literas q̃ ſextæ claſſis. At ſi ipſum idem futurum pro præſenti ponatur, quod, præſertim apud ſacras literas vſitatiſſimum eſt, nec vlla claſſium facta commutatio ſit, tum id, aut ex orationis contextu, aut ex adiunctis aduerbiis, quæ hoc ipſum innuant, aut ex aliquo præſenti tempore præcedenti cognoſces, quæ omnia frequens atq; conſiderata lectio te ipſum docebit: idem prorſus dicendum, quando præteritum pro præſenti ſumitur.

De præterito imperfecto ac plusq̃ perfecto, & de vernacula eorum lingua.

Præteritum imperfectum & plusq̃ perfectum, vt diximus, apud ſacras literas in vſu non habent, ſicuti nec hebrei, ſed eius vice aliis vtuntur temporibus, vt pro plusq̃ perfecto, perfecto: pro imperfecto autem, vel futuro, vel etiam præterito. At aliud eſt apud eos floridum & ornatum dicẽdi genus, quod omnes modos, & omnia tempora habet, & in quo alia multa elegantiſſima, vt dicunt, cum nomina, tum etiam verba reperiuntur: de qua re hoc ſit exemplum.

*Præſens.* እወድለት፡ ትወድለት፡ ይወድል፡
amo amas, amat, & in Plu.
ንወድለን፡ ትወድሉኑ፡ ይወድሉ፡

*Præt. imperf.* ሰወደ፡ ጊዜ፡ ተወደ፡ ጊዜ፡ ሰወደ፡ ጊዜ፡ cui interdum addunt dictionem ጊዜ፡ quæ ſignificat tunc. imperfectum quoddam tempus, & in Plur.
ሰንወደ፡ ጊዜ፡ ተወዱ፡ ጊዜ፡ ሰወዱ፡ ጊዜ፡

*P. perf.* ወደድኩ፡ ወደድካ፡ ወደደ፡
ወደድን፡ ወደድክሙ፡ ወደዱ፡

*P. plusq̃* ጵሮ፡ ወደድኩ፡ ጵሮ፡ ወደድካ፡ ጵሮ፡ ወደደ፡
ጵሮ፡ ወደድን፡ ጵሮ፡ ወደድክሙ፡ ጵሮ፡ ወደዱ፡

Vbi addũt ጵሮ, olim, dudum, ſignum præteriti plusq̃ perfecti. Eſt enim eorum conſuetudo, dictiunculis quibusdam appoſitis tempora modosq; variare.

*Futurum* እወድ፡ ትወድ፡ ይወድ፡

ንወድ፡ተወዱ፡ይወዱ፡ Imperat.
ወደይ፡ይውደዩ፡
ነደይ፡ወደዩ፡ይወደዩ፡ Futurum
ትወድ፡ይወድ፡
ንወድ፡ትወዱ፡ ይወዱ።

Consulto omiſimus cætera, quæ in hoc dicendi genere narrari poterant, cum nihil hoc ad ſacrarum literarum faciat expoſitionem, eſt enim phraſis quædam nitida ac expolita; non ſecus q̃ apud nos, Ciceroniana, eaq; non paſſim, nec vulgo, ſed elegantiores vtuntur, tum ad ſolutam orationem, tum et ad carminum compoſitionem: Vocantq; a tabernaculis, vt aiunt, Babilonicum idioma, differtq; ab eo, quo omnes vtuntur, & eo etiam, quo ſacræ literæ refertæ ſunt. Tria ſiquidem habent linguarum genera, vnde exempli cauſa, Panem materna lingua dicunt እቶ, Babilonica እፓራ፡ ſancta vero ac libera ኅብስት።

De Futuro.

Futuro literas quasdam, ac easdem quas hebrei, præponunt, & ſunt hæ እትይን፡ Primæ videlicet perſonæ እ vel አ. Secundæ ት vel ተ. Tertiæ ይ vel የ. nam claſſis, cuius eſt litera primæ perſonæ, ſunt etiam literæ ſecundæ, ac tertiæ. Prima vero non habet niſi እ vel አ. exemplum.

Fut. masc. አፈቅር: ተፈቅር: የፈቅር:

amabo, amabis, amabit, & in plurali

ነፈቅር:ተፈቅሩ:የፈቅሩ።

Futurum vero fœmininum ita.

አፈቅር ትፈቅሪ:ተፈቅር:

ነፈቅር:ተፈቅራ:የፈቅራ:

Vbi nota quod prima persona vtriusq; numeri communis est masculino & fœminino generi, sicut apud hebreos, secunda mascuiini singularis desinit in literas sextæ classis, fœminina vero in literas tertiæ, in plurali vero secunda masculina disinit in secunda classe, fœminina in quarta. Tertia singularis masculina a fœminina ex adscitis literis facile cognoscitur pluralis ex classibur.

Transitiuum vero verbum eodem modo declinatur, easdemq; recipit literas pro futuri nota, vt

Masc. አግብር: ተግብር: የግብር:

ነገብር: ተግብሩ: የግብሩ:

Fœmin. አግብር: ተግብሪ: ተግብር:

ነብግር: ተግብራ: የግብራ:

